

DEDICATIO SECUNDA
DISCIPULO CHOR-
TALASSEI ANONYMO,

Eiusq; Amico

J. F. H. S. SENDIVO-
GII FILIO,

PHILOSOPHIS HERMETICIS
nostro seculo Celeberrimis

S A C R A.

SALVATOR noster ad discipulos suos ait. Luceat Lux vestra coram hominibus, ut videant bona opera vestra, & glorifcent Patrem vestrum qui est in cœlis, Matth. 5, 16. Huius Luminis gratiæ & Naturæ summo authore, justitiæ Sole & Imaginis Dei Patris splendore ductus Apostolus suos Corinthios & Collossenses, ad eundem finem quoque hortatur, ut quicquid faciant, in nomine Jesu Christi faciant ad gloriam Dei Patris 1. Cor. 10, 31. Coloss. 3. v. 17.

Huius sanctissimæ exhortationis non immemores vos quoque viri in utroque Lumine Gratiaæ & Naturæ à Deo Ter Optimo Maximo illuminati & Hermeticæ Philosophiaæ Adepti, Lumen vestrum non sub scientiæ modio sed super cognitionis Mysterii Naturæ candelabro collocatum Pietate erga Deum proximum moti, totius Germaniæ & exterarum nationum filiis Artis splendere voluistis, dum in tractatibus vestris Mysterio videlicet occultæ Naturæ, Lucerna Salis Philosophorum, & Sudor Philosophico, non solùm quæ dicta fuerunt priùs clarius docuistis, verùm etiam filiis Artis inaudita pa-

* 4

tefe-